

esse auctoritatem VV. Fr. Fr. Nostorum S. R. E. Cardinalium ecclesiasticae immunitati praepositorum.

Datum Romae apud sanctum Petrum die vicessima tertia Junii 1829.

(Bull. r. Contin. t. XVIII. p. 23.)

b) Celebrandi.

Vd.:  *Applicatio; Missa* (Applicatio);  *Stipendium*.

*Ad dubium*: 1) An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capellaniae, Legati aut stipendii celebrare quotidie missam  *per se ipsos*, possint aliquando a celebratione vacare? Et quatenus affirmative,

2) quando et quoties a dicta celebratione vacare possint?

3) An diebus licitae vacationis possint missas pro se ipsis vel aliis praeterquam pro fundatoribus celebrare? Et quatenus affirmative,

4) An pro aliis celebrando possint Stipendium pro hujusmodi celebratione percipere?

5) An aliis diebus, quibus licite vacant a celebratione, teneantur missam ab aliis celebrare facere juxta intentionem fundatorum?

6) An Sacerdotes ut supra obligati celebrare missam quotidie absque tamen onere celebrandi per se ipsos, possint aliquando a celebratione vacare?

S. C. Conc. resp.:

Ad I. et II.: Affirmative, concurrente aliqua rationabili causa.

Ad III., IV. et VI.: Negative.

Ad V.: Distulit resolutionem.

Die 18. Sept. 1683.

*Ad dubium*: 1) An celebratio missarum relictarum a Jos. Ruffo, Archidiacono Gaballo et Joa. Dattilo in altari SS. Trinitatis et B. V. M. erecto in Ecclesia PP. de Obs. S. Francisci civitatis Uxenti privative spectet ad dictos PP. vel potius sit in arbitrio Annae Mariae Gabello alios deputare Sacerdotes?

2) An dicti Regulares teneantur patientiam praestare, ut in eorum Ecclesia Sacerdotes saeculares missas relictas celebrent?

3) An onera eorundem missarum sint transferenda ad aliam Ecclesiam?

S. C. Conc. resp.:

Ad I.: Affirm. ad primam partem, negat. ad secund. in actu, de quo agitur, excepto Legato Archid. Gaballo.

Ad II.: Teneri quoad Legatum Archid. Gaballo solutis Utensilibus et non attempta reductione. In reliquis provisum in primo.

Ad III.: Negative.

Die 13. Jan. 1748.

*Ad dubium*: 1) An celebratio missae injunctae ex praecepto Testatoris in die sui Anniversarii fieri debeat dumtaxat in aliquo altari privil. existente in Ecclesia Conventus Ord. Servorum B. V. M. Caesenaе, seu potius in singulis altaribus privil. omnium aliarum ecclesiarum dictae civitatis?

2) An missarum numero, qui celebrari deberet in omnibus altaribus privil. dictae civitatis, satisfieri valeat in solis geminis altaribus Ecclesiae dictae conventus?

3) An celebratio aliarum duarum missarum similiter ordinata ab eodem Testatore in qualibet die solemnitate festivitatis B. V. M. ac Jesu Chr. fieri debeat dumtaxat in duobus festis sol. B. V. M. Sept. dolorum in Dom. 3. Sept. et fer. VI. post dom. Pass. seu potius in omnibus solemnitatibus B. V. M. et Jesu Chr. infra annum concurrentibus?

4) An omnium dictarum missarum onus adimpleri debeat per solum decennium sive potius in perpetuum?

S. C. Conc. resp.:

Ad 1.: Negative quoad primam partem, affir. quoad secund.

Ad 2.: Negative.

Ad 3. et 4.: Negative quoad primam partem, affir. quoad secundam.

Die 4. Jun. 1738.

*Ad dubium*: An missa quotid. fundata in altari SS. trium Regum, erecto in Ecclesia s. Crucis PP. Reform. S. Francisci privative celebranda sit a Patribus, sive potius celebrari possit a Capellano ab haeredibus deputato?

2) An dicti Patres teneantur praestare patientiam pro celebratione dictae missae, soluta eisdem subventionem pro Utensilibus, sive potius sit locus translationis dictae missae ad aliam ecclesiam arbitrio haereditis?

S. C. resp.: Ad 1.: Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam.

Ad 2.: Negative ad primam partem; quo vero ad secundam affirm. ad aliam Ecclesiam designandam ab Episcopo.

Die 12. Decb. 1733.

Cf.:  *Obligatio Episcopi celebrantis; De oblig. celebrandi tres missas in nativ. Dom.*; vd.:  *Nativitas Dom.* (missa; decr. n. 4603 nota.);  *Orator. priv.* (Discursus Secret. S. C. C.);  *Residencia Sacerdotis; Missa* (descriptio).  *Missae* (duae non sunt leg. ab uno sacerdote eodem die etc. — decr. Bened. XIV.).

54) In Oratorio vel Capella domestica.

Vd.:  *Oratorium* (missa).

55) In Ordinationibus.

Vd.:  *Ordinatio* (missa).

56) Pro Pace.

Mexicana.

Quum in Mexicanae Dioecesis Ecclesiis solemniter expositio Sanctissimi Sacramenti Quadraginta Horarum quatuor complectatur dies, dubitari assolet, in qua ex duabus integris diebus celebrari debeat Missa votiva solemniter pro Pace, ad quam quidem dubitationem eliminandam Sacrorum Rituum Congregationi supplicatum est pro opportuna declaratione. Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris

tuendis Ritibus praepositi animadvertentes in Instructione Clementina quoad modi expositionem §. XIII. nil sancitum fuisse pro qualitate hujusmodi Missae votivae, ibidemque praescriptum fuisse Missam pro Pace celebrandam, donec aliter Summus Pontifex constituat; probe censuerunt in Dioecibus ab Ordinariis Locorum constituendum, quae et quando Missa votiva tali occasione celebrari debeat, ac proinde in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, audita relatione ab infrascripto Secretario facta ad propositam quaestionem Dioecesis Mexicanae respondendum censuerunt: „Arbitrio Episcopi quoad qualitatem Missae votivae et assignationem diei vel secundae, vel tertiae.“

Atque ita rescripserunt. Die 22. Maji 1835. n. 4744.

57) De Passione Dom.

In missis de Passione Dom. in feriis sextis per annum celebrandis colore violaceo utendum est. Quantum ad Organum conformandum cum ritu Dominicae de Passione, cum participet in titulo et Sacramento mortis Jesu Christi. n. 2859 ad 9 die 12. Mart. 1678.

Ad preces: secundam missam de passione Dom. cum gl. et cr. in altari SSmi Crucifixi singulis dominicis praeter Resurrection. D. N. et Pentecosten celebrare liceat, S. C. resp.: (preces) rejiciendas esse. n. 2121 die 2. Julii 1661.

Ad petitionem: utrum in Ecclesiis, ubi est frequens Sacerdotum numerus, quatuor tantum altaria habentur, in dominica palmarmum possint nonnulli sacerdotes celebrare missam votivam de Passione, ut Benedictio, processio et passio in praesentia regis Lusitaniae hora possint peragi competenti?

S. C. resp.: Non esse dicendas ullo modo missas votiv. in die tam solemn. n. 1554 ad 1 die 14. Apr. 1646.



menta s. prope altare. n. 2967 ad 4 die 20. Sept. 1681.

Praeposito Cathedr., Protonotario apostolico, non licet extra Pontificalia paramenta pro celebratione Missarum sumere de altari, cum id competat solis Episcopis, sive solemniter sive privatim celebrantibus. n. 1458 die 11. Julii 1643.

Ultra tres vices Abbatibus nullatenus licere sacra paramenta ex altari sumere et tunc, si actu Pontificalibus induti solemniter peragant; privatim vero celebrantibus, nunquam a simplice sacerdote vel in minimo eos discrepare permissum est. n. 1972 ad 5 die 29. Mart. 1659.

Non potest prima Dignit. Cath. Spolet. expleta missa in Capella, ubi certis temporibus recitatur Officium, sacris indumentis expoliari coram Capitulo. n. 2967 ad 7 die 20. Sept. 1681.

#### d) Episcopi.

##### I. Assist. Canonicorum.

Vd.: *Stola Presbyt. ass. Episcopo.*

Episcopo Andrien. petenti assistentiam Canonicorum in missis privatis S. C. resp.: „non deberi.“ n. 811 die 11. Junii 1629.

Canonicos Cathedr. Fossanen. compellendos esse ab Episcopo ... ad assistentiam in missis, quae ab eodem privatim in Cathedrali celebrantur; ac si quid relevans in contrarium iidem habeant, in S. C. deducant. n. 2091 die 15. Jan. 1661.

Canonicos non posse cogi ad inserviendum Episcopo privatim celebranti in sua Capella. n. 3028 ad 2 die 24. Julii 1683.

Quotiescunque Episcopus in Ecclesia Cathedr. missam planam celebrare voluerit, debere duos Canonicos juxta antiquam et laudabilem consuetudinem hactenus servatam eidem assistere et ministrare. n. 205 die 5. Julii 1603.

Canonicos non teneri neque cogi posse inservire Episcopo, quando missam privatim celebrat. n. 1565 ad 3 die 13. Sept. 1646.

Canonicos non teneri praestare assistentiam Episcopo Missam privatim celebranti, nisi legitima consuetudo illos obliget. n. 1567 ad 5 die 13. Sept. 1646.

Canonicos non posse cogi ad inserviendum Archiepiscopo in missis privatis, praeter consuetudinem. n. 1874 die 16. Mart. 1658.

Ab Episcopo extra Cathedr. missam privatam celebrante binos Canonicos ad praestandam assistentiam cum habitu canonicali indutos, non posse cogi. n. 3318 ad 5 die 11. Julii 1693; n. 3371 die 8. Oct. 1695; n. 4208 ad 3 die 18. Julii 1750.

Celebrante Episcopo missam privatam in Cathedrali vel in alia Ecclesia cogi non possunt duo ex Canonicis una cum altero Canonico Magistro Caeremon. ad assistendum. n. 4103 ad 9 die 10. Decb. 1740; n. 4145 ad 9 die 20. Julii 1743; n. 4163 ad 9 die 22. Aug. 1744.

In functionibus pontif. et visitationibus peragendis ab Episcopo extra Cathedr. non tenentur Canonici ejusdem Cathedr. inservire cum habitu choralis Episcopo in missa privata, quae praecedere vel subsequi debet easdem functiones. n. 4208 ad 1 et 2 die 18. Julii 1750.

##### II. Lumina.

Vd.: *Ordinatio (lumina).*

In festis solem. decet in altari celebrante Episcopo missam priv. apponi quatuor candelabra cum candelis accensis, in aliis festis non ita solemnioribus et feriis sufficiunt duo candelabra. *Caer. Ep. I. I. c. XXIX. n. 4.*

### III. Paramenta et Ministri.

Solis Episcopis private celebrantibus convenire non ex Sacristia sed ex altari paramenta sacra sumere et saltem duos habere Ministros, superpelliceis indutos, qui eis respondeant et inserviant praeter alium Ministrum clericum, sive laicum, veste communi indutum, qui eis aquam praebeat (Lib. *Caer. lib. I. c. XXIX.*) n. 457 die 7. Julii 1612.

Cum Episcopus celebrabit missam (privatam) convenit, ut paramenta missae non de sacristia sed ex ipso altari accipiat. *Caer. Ep. I. I. c. XXIX. n. 1.*

Solis Episcopis privatim celebrantibus convenire, ut paramenta ex altari sumere debeant et habere duos Ministros superpelliceo indutos. n. 830 die 18. Aug. 1629; n. 2363 ad 12 die 13. Febr. 1666.

Solis Episcopis private competere paramenta sumere de altari pro missa privata cum ministerio inservientium pro abstergendis manibus cum polubro et urceolis argenteis. n. 890 die 13. Jan. 1631.

#### e) Coram Episcopo.

Celebrans coram Episcopo debet facere confessionem in missa privata versus altare et quando dicit „et tibi Pater“, verat se ad Praelatum. n. 133 ad 5 die 2. Sept. 1597.

Vd.: *Episcopus assistens. Reverentia erga Episcop.*

#### f) Graecorum.

Vd.: *Missa (una Graecor.); Ritus graec. (Constit. Bened. XIV. §. 37, 38 etc.)*

#### g) Protonotar. apost.

Vd.: *Protonotar. apostol.*

#### h) In Sabbato sancto.

Vd.: *Annuntiatio B. M. V.; Sabb. sanct.*

*Decreta authentica. Tom. II.*

#### i) Coram exp. SS. Sacramento.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXX. n. 24 etc. Missa coram SSmo expos. (altare); Missa convent. cor. SSmo expos.; SS. Sacrament. (Expos. in Pontif.)*

#### De Missa privata

Cf.: *Missa votiva privata; Coena Domini; Missa in Coena Dom.; Patronus Confraternit. (festum; decr. n. 4815 ad XII. 3); Missa de Requie (privata).*

#### 63) Processione finita in eccl. regulari.

Nulla modo posse Regulares impedire, quominus Episcopus per suos Canonicos missam sol. cantari faciat etiam in Ecclesiis Regularium et exemptis Dioecesis, quo processiones terminantur; nec ad Regulares sed ad Episcopum seu Canonicos juxta Caerem. dictarum missarum celebrationem pertinere. n. 184 die 25. Jan. 1603.

Rector loci non potest in Ecclesia fratrum s. Georgii, ad quam processionaliter una cum Magistratu et Confraternitatibus Laicorum accedit in festo s. Georgii, ipse cantare missam et alia peragere ac si esset in sua propria Ecclesia. n. 853 die 23. Mart. 1630.

Vd.: *Processio (ante vel post missam etc.)*

#### 64) Prohibita.

Vd.: *Missae Gregor.; Missa concord. cum Officio; Missa de Rosario, de Monte Carmelo etc.*

Missas, quae circumferuntur a S. C. non approbatas S. Gregorii pro vivis et defunctis, quindecim auxiliatorum et de Patre aeterno et quascunque illas, exceptis iis, quae sunt permissae *Regularibus tantum*, veluti Rosarii, s. Mariae de monte Carmelo et alias, sicut etiam Officia ab eadem non approbata, prohibuit, rejecit omnino et damnavit respective S. R. C. n. 740 ad 4 sine dato; esse videtur infra 27. Mart. — 12. Junii 1628; n. 892 ad 1 die



*Ad dubium:* an prohibitio Missarum concessarum quibusdam Religionibus intelligenda sit de illis Religionibus, quae sequuntur missale romanum vel tantum de iis, quae idem non sequuntur? S. C. resp.: Intelligi debet de missis, quae non concordant cum missali romano. n. 2812 ad 5 die 16. Jan. 1677.

## DECRETUM GENERALE.

SS. Dom. N. Paulus PP. V. vivae vocis oraculo declaravit et sancivit\*), amplius recipi aut dici non debere quasdam missas votivas seu collectas, quae propriae sunt solemnitatibus aut in missali rom. designantur; ejusmodi sunt missae: Nativit., Circumc., Epiph., Resurr. et Ascens. D. N. J. Chr.; Nativit., Purificat., Assumpt. B. V. M.; s. Joann. Bapt. et aliae hujusmodi, quae proprios habent Introitus vel collectas extra proprias dies et octavas. Quae vero hujusmodi missae jam permissae essent aut receptae, idem SS. statuit, ut, illis omissis, satisfaciatur dicendo de tempore currenti.

Die 19. Maii 1614.

Vd.: *Consecr. Episcopi* (missa; decr. n. 4911 n. 2.)

## 65) Prohib. a Parocho.

Capellanus SS. Trinitatis non potest prohiberi a Parocho celebrare Missam ante missam parochialem. n. 1355 die 11. Novb. 1641.

A Parocho prohiberi non posse, quin Missa in Ecclesia suae parochiae diebus festis ante vel post missam parochialem celebretur, nisi eadem Ecclesia aliquo speciali jure subjectionis ipsi parochiali sit obnoxia. n. 1461 die 11. Julii 1643.

Non prohiberi posse Sacerdotes ce-

\*) Ita fert Manuale Directorum. Romae 1845. n. 145.

lebrare in alienis Ecclesiis, antequam sit celebrata missa in parochiali, non obstantibus Constitutionibus synodalibus in contrarium facientibus. n. 1531 die 4. Mart. 1645.

Cf.: *Parochus; Oratorium* (missa).

## 66) Quando incipitur a Cantoribus.

Vd.: *Introitus*.

## 67) In Quatuor temporibus.

Vd.: *Sabb. quat. temp. Pentecost.; Ordinationes* (missa).

## 68) Reductio.

Vd.: *Reductio* (missar).

## 69) Regularium.

Missae approbatae pro certis Regularibus non possunt ab aliis dici, nec in eorum Regularium Ecclesiis. n. 2363 ad 4 die 13. Febr. 1666.

Vd.: *Missa de Rosario, de Monte Carmelo; Missa prohibita; Regulares* (Officium).

## 70) De Requiem.

## a) Alia substitui potest?

Vd.: *Anniversarium* (alia missa substitui potest?) *Missa de Requ. privata* (oblig.); *Missa de Requ. privat.* (in Duplicib.; vd.: ad finem tres Constitutiones); *Missa de Requiem privata* (alia substitui potest?)

## b) Anticipatio.

*Ad dubium:* an in casu, quo aliquis pro se adhuc vivente celebrari anticipate velit functiones funebres cum Officio defunct. et missa cantata, an haec missa possit esse de requiem, si ritus Officii currentis permittat, an votiva juxta devot. petentis; an vero celebrari debeat de Officio occurrente vel si ritus non obstat, pro emissionem peccatorum aut ad postulandam gra-

tiam bene moriendi? S. C. resp.: Negative et serventur rubricae missalis ac ritus Ecclesiae. n. 4378 ad 18 die 15. Junii 1776.

## c) Applicatio.

*Ad dubium:* utrum, quando missae Def. non sunt prohibita, possit celebrari missa de Req. pro def. vage sumptis, id est, pro quibus communitas debet applicare aliquam vel aliquas missas, quin Celebrans sciat determinate, si pro sacerdote, pro laico, pro viro etc.? S. C. resp.: Affirmative. n. 4401 ad 5 die 16. Febr. 1781.

Vd.: *Missa* (descrip.); *Color param.* (in missa de Req. decr. de die 29. Novb. 1856.)

## d) Cantata sol. (anniversaria.)

## I. Ex Mente et devot. Benefact. (Dies.)

Vd.: *Anniversarium pro libitu; Anniversarium* (transl.); *Altare privilegiat.; Missa conv. de Requiem*.

*Ad dubium:* an missae de Requiem pro parentibus fratrum Provinciae Poloniae qualibet fer. 2. in quolibet conventu Regul. Minor. possint cantari, exposito castro doloris, occurrente festo dupl. majori et minori, sed non de praeccepto seu festivo? S. C. resp.: *Negative*. n. 4244 ad 2 die 11. Maii 1754.

Missae cantatae de Requiem a defunctis relictiae sine praefixione dierum debent celebrari diebus a rubrica permissis. n. 4336 ad 1 die 23. Aug. 1766.

PP. Minores Taurinen. debent ex benefactorum mente, non Testatorum dispositione, multas missas sol. de req. celebrari, quae missae diebus ritu dupl. impeditis minime possunt satisfieri; quapropter pro facultate eas celebrandi in festis etiam ritu dupl. impeditis non tamen solemnibus et de praeccepto.

S. C. resp.: Consulendum SSmum pro Indulto pro fer. 2. cujuslibet hebdomadae, non ommissa missa conv. et dummodo non sit dies festivus de praeccepto vel altioris ritus. S. S. benigne annuit. n. 4368 die 11. Decb. 1773; n. 4371 die 11. Decb. 1773.

Ad preces Confraternitatis animarum Purgatorii civitatis Elven., ut fer. 2. immediate seq. dominicae infra octavam. Omn. SS., in qua Confratres quotannis Off. def. pro animabus Purgatorii sol. recitare consueverunt, facultas iisdem facta sit celebrari faciendi missam sol. de Req., etiam si dicta dies festo dupl. impedita sit, S. C. resp.: Pro gratia celebrandi unicam missam sol. servatis rubricis quoad alias missas. n. 4375 die 15. Mart. 1774.

*Ad dubium:* an in Monasterio Clarissarum Eugubii, in quo fer. 2. post festum SS. Trinit. quotannis fit Officium sol. pro Monialibus def. cum magno concursu Sacerdotum, si occurrat illa die Officium ritus dupl. min. vel maj. non festiv., missae privatae dici possint de Req., vel saltem cantari possit unica missa sol. de Req.? S. C. resp.: Negative et ad mentem, ut supplicetur SSmo pro una missa sol. tantum. n. 4393 ad 5 die 27. Mart. 1779.

Capitulum Papien. supplicavit, ut pro animabus singulorum Confratrum societatis Suffragii possit festivis etiam diebus, non tamen de praeccepto, missas exequiales decantare? S. C. resp.: Servandas esse rubricas, quod quidem pro affirmativa censuit rescribendum, cum pateat ex rubricis die depositionis defuncti, posse in hujusmodi festis easdem missas solemniter celebrari. n. 1732 die 19. Sept. 1654.

Dies Vigiliae Nativ. Dom. comprehenditur in decreto S. R. C., quo prohibetur cantari Missas de Requiem diebus festo duplici impeditis. n. 2345 ad 4, die 31. (Julii?) 1665.



## 58) Plures.

- a) Uno tempore, Sacerdote tamen uno totum Canonem proferente.

Vd.: *Canon*.

- b) Presbyteror. graecor. et latinor. in uno altari et ecclesia.

Vd.: *Missae* (altare).

- c) Presbyteror. latinorum.

Vd.: *Missae* (in Commem. Omn. fid. def. in regnis etc.); *Missae* (duae non sunt leg. ab uno sacerdote eodem die etc. — decret. Bened. XIV.); *Nativit. Dom.* (missa, decr. n. 4603 nota.)

- d) Presbyterorum graec. in Quadrag.

*Benedictus PP. XIV.*

Tenore praesentium, ut tempore junii Quadrag., quo, exceptis dominicis, sabbatis et nonnullis solemnioribus festivitatibus, ex antiquo more, non nisi missa praesantific. celebratur, Graeci et Albanenses presbyteri, servato tamen nec praetermisso in parochialibus ecclesiis praesantificationum ritu, in aliis altaribus seu ecclesiis sive capellis pro sua ac fidelium devotione missas integras quibuslibet hebdomadae diebus ac praesertim, cum dies festi de praecepto latinae ecclesiae occurrunt, quos observare tenentur, excepto postremo majoris hebdomadae triduo celebrare possint et valeant concedimus et indulgemus.

*Constit. Bened. XIV.* die 26. Maji 1742 ad Italo-Graecos. (Bull. r. t. XVI. p. 98. XVI.)

*De concelebrantibus plurib. Sacerdotibus Orientalibus* vd.: *Ritus graec.* (Constit. Bened. XIV. p. 37.)

- e) Presbyteri Orient. non debent plur. (tres) Missas celeb. in Nativ. D.

Vd.: *Nativit. Dom.* (Missae tres.)

## 59) Pontificalis.

- a) Episcopi.

Vd.: *Missae sol. Episcopi; Diaconi assist.; Assistens; Diaconus et Subdiaconus; Ministri in Pontificalibus etc.; De missa Pontif. cor. exp. SSmo*, vd.: *SS. Sacrament.* (Expos. in Pontif.); *Tabernacul.* (in Cathedr.)

- b) Usus Pontif. habentium.

Vd.: *Usus Pontif.* (decr. n. 2297; 4641 et alia.)

## 60) Praesantificata.

Vd.: *Parasceve* (missa, decr. n. 4609 nota); *Missae praes. Graecor. in Quadrag.*, vd.: *Missae plures* (presbyt. graec. in Quadrag.); *Ritus graec.* (Constitut. Bened. XIV. §. 30.)

- 61) Prima noviter ordinati Presbyteri.

*Ad dubium*: an Sacerdos noviter ordinatus possit primam missam suo arbitrio celebrare etiam in festis duplicibus, S. C. resp.: *Servandas esse rubricas.* n. 1672 die 24. Maji 1653.

Vd.: *Missae* (tres novi Presbyt.)

## 62) Privata.

- a) Abbatis.

Vd.: *Cassinenses; Usus Pontifical.*

Abbatibus Ordinis Monachorum Coelestinorum benedicti non possunt in missa priv. habere assistentes vel plures personas pro servitio, non possunt apponere 4 candelas, nec ab altari sumere paramenta, nec parare abacum cum pelvi et urceolo argenteis, nec adhibere, quidquid permittitur Episcopo, quando private celebrat. n. 2661 ad 1 die 2. Dec. 1673; n. 3119 ad 1 die 20. Julii 1686.

Simplici Praelato privatim celebranti non convenire paramenta ex altari sumere. n. 830 die 18. Aug. 1629.

Exponentibus Coabbatibus Coelestinis benedictis, quod videtur ipsis convenire, ut in missis privatis adhibeant duos ministros inservientes cum cotta et apponantur quatuor candelae, nedum ex privilegiis, verum etiam quia participant ex communicatione privilegiorum Abbatum Cassinensium, ideoque iidem oratores supplicarunt pro dicta concessione. S. C. resp.: Doctore privilegio apost. concessio Cassinensibus posse concedi. n. 2725 die 30. Mart. 1675.

Non licet Abbati Collegiatae Terrae Laureti Pennan. celebrare missam lectam cum 4 candelis accensis. n. 3823 ad 3 die 22. Mart. 1710.

- b) Canonicorum.

## I. Paramenta, ministri etc.

Vd.: *Canonici* (paramenta etc.); *Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 16 et 24, et alia decreta); *Bugia* etc.

Non licuisse, neque licere Canonicis Cathedr. Pataviens. assumere paramenta neque de neque in altari, non obstante consuetudine etiam immemorabili in contrarium, quam abusum impraescriptibilem esse. n. 2641 die 17. Junii 1673; n. 1335 die 6. Julii 1641; n. 2550 die 13. Junii 1671; n. 4063 ad 4 die 3. Aug. 1737.

In celebratione missae privatae Canonici tam Cath. quam Colleg., sive alius quilibet sacerdos Episcopo inferior, non possunt adhibere ultra duas candelas in altari et habere ministrum inservientem, qui missali assistat, folia vertat etc. n. 3119 ad 1 die 20. Julii 1686.

Non licet Canonicis in missis priv. tam intra quam extra Cathedr. uti opera inservientis Missae, pro delatione cali-

cis ... indicando orationes etc. n. 4434 die 27. Maji 1788 (24. Sept. 1788).

*Ad dubium*: An Archidiaconus et Canonici in eorum Missis celebrandis tam intra quam extra Cathedrali, ultra unum inservientem, qui Missae respondeat, uti valeant dicto Magistro caeremoniarum sive sine sive cum veste violacea, vel alio ministro Sacerdote tam pro delatione Calicis ad Altare et illius reportatione ad Sacristiam, quam pro sustinendo Missale, indicando Orationes, aperiendo et cooperiendo Calicem, in illum infundendo vinum et aquam, porrigendo Patenam, cum Hostia, itemque Calicem, eundemque postea cum velo instruendo ad instar Episcoporum, sive potius celebrare, ut quilibet alius simplex Sacerdos, omnes relatos ritus a semetipsis explendo absque ope Ministri?

Et S. eadem R. C. rescribendum censuit:

„Negative in omnibus quoad primam partem et Affirmative quoad secundam.“

Et ita decrevit ac servari mandavit. n. 4028 ad 4 die 22. Jan. 1735; n. 4536 ad 6 die 4. Junii 1817; n. 4062 ad 14 et 15 die 3. Aug. 1737.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRET.

Plura sunt S. R. C. Decreta, quae statuunt Canonicis Cathedralium, Vicariis generalibus, Protonotariis Apostolicis honorariis etc. in Sacro privatim faciendi nullam distinctam honorificentiam deberi, eosdemque nihil differre a simplicibus Sacerdotibus. Quin immo, quamvis plura sint privilegia, quibus gaudent Abbates usum Pontificalium habentes, attamen dum privatim Sacrificium offerunt, nequeunt a simplici Sacerdote distingui, ut cautum est in Decreto generali jussu S. M. Alexandri VII. emanato, sub die 27. Sept. 1669\*) multo etiam minus permissum erit Dignitatibus, Canonicis,

\*) Vd.: *Usus Pontifical.*



Vicariis, Protonotariis Apostolicis honorariis etc., quod Praelatis omnibus, qui usum Pontificalium habent, sed Episcopo sunt inferiores, vetitum est. Videri prae aliis possunt Decreta in Oritana, Tudertina, Pisana, Caesenate., Senen., Fulginaten., Aquilana et Asculana.

Consueverunt ex usu inveterato Canonici Cathedr. Rieti, cum abest Episcopus dioecesis, vestire se, dum, se disponunt ad missam celebrandam, in uno latere altaris. Antiquus ille usus paucis abhinc annis abolitus fuit ab uno Episcoporum civilatis Rieti, eo quod jus illud existimaret spectare tantum ad Praelatos et Protonotarios apost. Actualis Episcopus gratiam capitulo concedere volens, supplicatur hanc consuetudinem confirmare privilegio. S. R. C. resp.: Obstant decreta. Die 19. Mai 1838.

## II. Tempore chori.

Omnino tollendum abusum celebrandi missas *privatas in altari majore* dum in choro cantantur horae canonicæ; in aliis vero altaribus, quae sunt in conspectu chori idem faciendum, si commodo fieri potest. n. 588 die 2. Mart. 1620.

Canonicis non licet celebrare missam tempore divinarum Officiorum sine licentia Praepositi et idem concedere non debet, nisi utile et necessarium pro Ecclesia judicaverit. n. 2475 ad 8 die 23. Mart. 1669.

Si tempore horarum canonicarum quisquam de choro missam privatam ex devotione vel obligatione *sine tamen necessitate* celebret, non potest lucrari distributiones. n. 923 ad 4 die 5. Julii 1631.

*Ad dubium*: Utrum Decretum prohibens celebrare Missam in Altari majore dum recitatur Officium in Choro, intelligendum est tantum de Altari, circa

quod Chorus positus est, ut communiter sunt Chori in Ecclesiis Romae, vel etiam quum Chorus situs est in extrema parte Ecclesiae et in loco elevato et dissito ab Altari majore, ut sunt in Ecclesiis Hispaniae et Americae?

Emmi et Rmni P... rescribendum censuerunt:

„Servanda esse decreta.“

Atque ita S. C. rescripsit et servari mandavit. n. 5224 ad 11 die 14. Maii 1856.

Vd.: *Genuflexio chori infra miss. etc.*

c) Dignit. et Vicar. generalis.

## I. Lumina.

Vicario non convenire, in missis privatis uti quatuor candelis, etiamsi sit Protonotarius. n. 699 die 7. Aug. 1627.

S. C. prohibuit Vicarium generalem in missa privata quatuor candelas accensas adhibere, sed cum duabus candelis contentum esse debere. n. 915 die 5. Julii 1631; n. 1864 die 26. Jan. 1658.

Abusus, quod Dignitates et Canonici Cathedralis in missa privata quatuor candelas accensas adhibeant, suis iniitiis dirimendus est, ne serpat ulterius. n. 1995 die 19. Julii 1659.

Non licere ... primae Dignitati Cathedralis Pisae continuare in celebratione Missae cum quatuor candelis. n. 2540 die 21. Mart. 1671.

Idem decretum contra primam Dignitatem Cathedr. Spoletanae. n. 2967 ad 1 die 20. Sept. 1681; n. 3119 ad 1 die 20. Julii 1686.

Priorem Cathedralis Ecclesiae Tudert. in missarum celebratione penitus a simplici Sacerdote nullatenus secernendum esse, eique propterea quatuor candelas accensas, bugiam, ministrum sacerdotem, praeter Clericum, Canonem et duo intortitia ad elevationem SSmi non licere. n. 2032 die 24. Jan. 1660.

In missa privata Praepositi s. Agathae Cremonen. posse tollerari usum 4 candelarum. n. 3138 ad 2 die 14. Junii 1687.

Prior Ecclesiae commendatae Aquae Sextiae non potest celebrare missam privatam cum 4 luminibus. n. 3679 ad 1 die 12. Apr. 1704.

## II. Ministri.

Vd.: *Ministrantes; Usus Pontifical.*

Vicarius gener., Dignitates et Canonici unico contenti esse debent Ministro, qui eis inserviat et respondeat in missis privatis. n. 457 die 12. Julii 1612; n. 3927 die 13. Maii 1719.

Vicario non convenire in missis privatis uti duobus Ministris, etiamsi sit Protonotarius. n. 699 die 7. Aug. 1627; n. 1926 die 7. Sept. 1658; n. 2500 die 31. Maii 1670; n. 2672 die 13. Jan. 1674.

Simplici Praelato non convenire, in missa privata habere duos Ministros superpelliceo indutos. n. 830 die 18. Aug. 1629; n. 890 die 13. Jan. 1631.

S. C. prohibuit Vicarium general adhibere plures Capellanos, sed cum uno tantum Ministro, cotta induto, contentum esse debere. n. 915 die 5. Julii 1631; n. 1864 die 26. Jan. 1658.

Abusus, quod Dignitates et Canonici Cathedr. in missa privata adhibeant duos Ministros, suis iniitiis dirimendus, ne serpat ulterius. n. 1995 die 19. Julii 1659; n. 3119 ad 1 die 20. Julii 1686.

*Ad dubium*: an Archidiacono Cathedr. Ascul. in missis priv. liceat sibi inservire facere per Subtus-Sacrestanum cum veste talari et cotta linea, S. C. non reprobavit sed declaravit, non posse compellere. n. 2289 ad 7 die 30. Aug. 1664.

Non licere ... primae Dignitati Cathedralis Pisae continuare in celebra-

tionem Missae cum assistente ultra Clericum. n. 2540 die 21. Mart. 1671.

Idem decr. pro Dignitate Cathedral. Fulginat. n. 3941 die 27. Julii 1720.

Non potest prima Dignitas Cath. Spolet. in Offertorio sibi ministrari facere Patenam et Calicem cum vino et aqua a serviente. n. 2967 ad 6 die 20. Sept. 1681.

Prior Ecclesiae commendatae Aquae Sextiae non potest a Sacratio ad altare progredi, duobus Acolythis associatus, nec celebrare missam cum assistentia Sacerdotis. n. 3679 ad 3 die 12. Apr. 1704.

## III. Paramenta.

Vd.: *Dignitas etc.; Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 24 etc.)

Neque Vicario generali neque Dignitati vel Canonico, sive sint Protonotarii sive non, licere ex altari paramenta capere; qui omnes ex Sacristia vel ex alio loco ad id ordinato paramenta capere debent et inde parati ad celebrandum accedere. n. 457 die 7. Julii 1612; n. 890 die 13. Jan. 1631.

Simplici Praelato privatim celebranti non convenire paramenta ex altari sumere. n. 830 die 18. Aug. 1629; n. 1954 die 15. Febr. 1659.

S. C. prohibuit Vicarium generalem in missa privata capere paramenta de altari et declaravit, Vicarium paramenta capere debere in Sacristia. n. 915 die 5. Julii 1631; n. 1864 die 26. Jan. 1658.

*Provincialis* in Ecclesiis sui Ordinis non potest paramenta accipere de altari pro celebratione missarum. n. 1062 ad 2 die 10. Junii 1638.

Dignitatibus et Canonicis Cathedr. nullo modo licere pro celebratione Missarum sumere paramenta de altari. n. 1335 die 6. Julii 1641.

Non licet primae Dignitati Cathedr. Spol. in miss. privatis sumere indu-